ne Romanis traderetur, ad Prusiam, Bithyniae regem, fugerat,
fugerat ad Prusiam, regem Bithyniae, ne traderetur
era fuggito presso Prusia, re della Bitinia, per non esser consegnato

repetitus etiam ab eo est per T. Quintium Flaminium.
Romanis est repetitus etiam ab eo per T. Quintium Flaminium.
ai Romani, fu domandato anche a lui da T. Quinzio Flaminio.

Et cum tradendus Romanis esset, venenum bibit et apud
Et cum esset tradendus Romanis, bibit venenum et est
E mentre stava per esser consegnato ai Romani, bevve il veleno e fu

Libyssam in finibus Nicomedensium sepultus est.
sepultus apud Libyssam in finibus Nicomedensium.
sepolto presso Libissa nel territorio dei Nicomediesi.

VI. **Philippo, rege Macedoniae, mortuo, qui et adversum Ro-**
Mortuo Philippo, rege Macedoniae, qui et gesserat bellum
Morto Filippo, re di Macedonia, il quale pure aveva guerreggiato

manos bellum gesserat et postea Romanis contra Anthiocum
adversum Romanos et postea tulerat auxilium Romanis contra
contro i Romani e poi aveva recato aiuto ai Romani contro

auxilium tulerat, filius eius Perseus in Macedonia rebellavit ingen-
Antiochum, filius eius Perseus rebellavit in Macedonia paratis
Antioco, il figlio di lui Perseo si ribellò in Macedonia avendo apprestate

tibus copiis ad bellum paratis. Nam adiutores habebat Cotyn,
ingentibus copiis ad bellum. Nam habebat adiutores Cotyn,
immense forze per la guerra. Giacchè aveva in suo aiuto Coti,

Thraciae regem, et regem Illyrici, Gentium nomine. Romanis
regem Thraciae, et regem Illyrici, nomine Gentium. In auxilio
re della Tracia e il re dell'Illirio, chiamato Genzio. In aiuto

autem in auxilio erant Eumenes, Asiae rex, Ariaratus Cappado-
autem Romanis erant Eumenes, rex Asiae, Ariaratus Cappadociae,
poi ai Romani c'erano Eumene, re dell'Asia, Ariarato della Cappadocia,

ciae, Antiochus Syriae, Ptolomaeus Aegypti, Masinissa Numidiae,
Antiochus Syriae, Ptolomaeus Aegypti, Masinissa Numidiae,
Antioco di Siria, Tolomeo dell' Egitto, Masinissa della Numidia,